Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



149

Iam finis illo mors ē. Nunc ū liberati a peccato seruiū aū facti deo. habetis fructū uīm ī scificationē. finē ū uitam eternā. Stipendia enī peccati mors. grā aū dei uita eterna. in x̄ ihū. t. Gaudeo. Vbū dno nro.

Cum multa turba eet cum ihu nec haberent quod manducarent. conuocatis discipulis ait illis. Misereor sup turbā. quia ecce iam idduo sustinent me nec habent qd manducent. Et si dimisero eos ieiunos in domū suā. deficient in uia. Quidam aū ex eis delonge uenerūt. Et responderunt ei discipuli sui. Vnde istos poterit quis hic saturare panib' in solitudine. Et interrogauit eos. Quot panes habetis. Septem. Et pcepit turbe discumbere sup terram. Et accipiens septē panes. grās agens fregit & dabat discipulis suis ut apponerent. et apposuerunt turbe. Et habebant pisciculos paucos. ⁊ ipsos benedixit. et iussit apponi. Et manducauerunt. ⁊ saturati s̄. Et sustulerunt qd̄ supanerat de fragmentis.